



**Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

Cautio in homine Ecclesiastico, ob aliam causam suspecto, aut peste  
etiam infecto, adhibenda. Cap. XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-62072)

scopus non probarit; nisi huius substitutionis potestatem idē fecisset.  
 6 Clericus, famulus uè Parochi suspecti, alius uè, cuius opera uti uelit,  
 quo tempore ille domi se continet, inde etiam nè ipsi quidem egrediā-  
 tur ad præscriptum: si quando autem exire necesse habebunt, ferulam  
 de more gestabunt.

7 Vbi septimus dies, aut aliud tēpus, ab Episcopo præscriptū proue-  
 uiderit expedire, præteriū, quo Parochus in pestis suspicione ob mi-  
 nisterium incidit, neque aliqua parte se laesum sentit; nec uero suspica-  
 tur se contagione infectum esse; liberè, ut anteā, & sine ferula omnia  
 loca adire, Parochialisque curæ munera obire poterit, nisi aliter Epi-  
 scopus iussirit. Idem de Parochi Clerico, famulo, familiaue censem-  
 dū erit: qua ex Parochi, ob ministeriu, suspicione se domi cōtinuit.

8 Parochus autem, & Sacerdotes in loco curationis publicæ consti-  
 туti, caueant, nè propriū accedant, congreganturu cum ijs, qui à pe-  
 stis suspicione liberi sunt: neuè alia ratione eis periculum, aut suspicio-  
 nem contagionis afferant.

9 Quamobrem è loco, in quo collocati sunt, facultate ab Episcopo  
 præfectouè regionario, aut à Vicario foraneo in Diœcesi non impetra-  
 ta, nè discedant. Nec uero illi præfectus scilicet regionarius, & Vica-  
 riū foraneus, Episcopo incōsulto, dent nisl ob causam, quę uel ad spi-  
 rituale ministerium, uel ad publicam curationem spectet: ob quas cau-  
 sas sèpè accedit, eos ad alia loca mitti oportere. Cùm autē foras qua-  
 uis causa facultatuè exeunt, ferulam albam, Parochis suprà conitu-  
 tam gestabunt.

**Cautio in homine Ecclesiastico, ob aliquam causam suspe-  
 cto, aut peste etiam infecto, adhibenda.**

Cap. XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Cautio ab Ecclesiastico peste infecto, hæc adhibenda; ut domi ipse, &  
 sua familia se continueat, neminemque intrà eam admittat.
- 2 Et quorum cura id ab ipsis exequendum. 9.
- 3 Parochi officium cum Ecclesiastico peste laborante: deque eodem cum  
 Episcopo vel præfecto regionario, Vicariouè foraneo. 4. Et curato-  
 ribus publicæ valetudinis. 5.
- 6 Regionarij præfecti. ¶ cura in procuranda purgatione domorum, &  
 Vicariique foranei. ¶ supelleclilis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorū.  
 Supelleclilis Ecclesiastica index, & locus. 3.

Medici

7 *Medici à Parocho adhibendi, ad cognoscendum an quis peste mortuus, vel nè.*

8 *Vicarij foranei officium in prohibendo Ecclesiasticis egressu è loco suspecto; & in adhibendis cautionibus prædictis. 9.*

**A**D tuendam publicam valetudinē Episcopus ea facultatem Parocho dabit, vt non modò Ecclesiasticis hominibus, qui in Parochiali vicinia habitant; sed etiam socio curæ Parochialis, & Parocho item proximè habitanti, si quis eorum in pestilentiam, eiusque suspicionē incident, hęc, vt infra, præcipere, iubere uè possit.

*Vt is scilicet vel insectus, vel suspectus intrà domicilium, certi præscripti temporis lege, se contineat, aliorumque consuetudine abstineat.*

*Vt neminem alium intrò ad se domum recipiat ad mittatuę.*

*Vt illius familia hoc ipsum omne itidem præstet.*

2 *Hanc eandem potestatē præfetus regionarius cùm in reliquos Ecclesiasticos homines, tūm in Parochos ipsos exequetur, non solum si quando eorum quispiam peste afficitur, pestisue suspicionem præbet, verū etiam alia de causa. Ad cuius rei exequendæ usum penitus arbitrij sui contrà contumaces ager.*

*Hæc ipsa facultas erit etiam vniuersiisque Vicarij foranei, cui præterea laicos homines, cùm Ecclesiasticos idoneos non habebit, qui hac exequantur, substituere licebit; si quid præsertim de repente acciderit, quod aliena opera opus habeat.*

*Eisdem præterea singulis licebit, etiam laicorum ministrorum custodiā, si ita quandoque expedire censuerint, adhibere.*

3 *Parochus igitur, vbi primū Ecclesiasticus homo in suspicionem pestis incidit, facultate sibi data, vt opus esse viderit, statim diligenter, & prudenter utetur.*

*Ecclesiæ autem vestes, & præcipue quibus ille propriè vtebatur, unde contagii existere possit, omni diligentissima cautione, vt nihil planè amittatur, certo loco, ab aliorum consuetudine semoto, reponi, & custodiri curabit. Qui locus benè sepietur, & munietur, & supellec̄tilis, quæ in eo recondetur, index, omnisque alia opportuna cautio adhibebitur.*

4 *Episcopum præterea, aut præfectum regionarium, aut Vicarium foraneum de tota re certiore itidem faciet, vt, vbi rem ipsam diligenter cognouerit, vel aliquid aliud, vel id ipsum diligentius statuat, prout expedire videbitur.*

5 *Kem item omnem curatoribus publice valetudinis, in ea vicinia consti-*

constitutis, quām primum significabit, vt & subministrantur, quæ eorū opera, ministeriū eī tunc subministrare necesse est, & omnis alia dili gens cautio ab illis adhibeat, quæ necessaria esset ad alias homines conquitendos, qui cum eo, alijsuē illius familiæ, domusuē committiū habuissent; aut alio modo eius rei causa suspecti esse poslunt.

Si verò Parochus est, aut eius Clericus, aut familia domusuē, quæ in suspicionem incidit; hæc ipsa officia socius Parochialis curæ, si quem habet, alioqui Parochus propinquior p̄stabit.

6. Curabit porrò p̄fēctus regionarius, aut Vicarius foraneus im- p̄sē admōdum, vt & domicilia, & supellex Ecclesiarum, vel Ecclesia sticorum hominum quam diligentissimè expurgentur.

Ad cuius expurgationis rationem omne exquisiti studij, cautionis que genus Episcopus adhiberi iubebit, quod ex Magistratus p̄scrip- to in laicalibus rebus expurgādis adhiberi solet. Et vbi opus esse cen- suerit, ad expurgationem eorundem ministrorū operā vtendā curabit.

7. Cūm ex facti, quod euenerit, ratione, dubium existit, an quis peste mortuus sit, anuē illius supellex eo nomine suspecta, anuē alio genere morbi affectus; tunc Parochus medicos in consilium adhibebit, alios uē peritos, eosque potissimum, quos Magistratus curæ eiusmodi p̄- fecerit; vt de re tota certius statuatur.

8. Parochus, alijsuē Ecclesiastici ordinis homo, qui loca incolit, quo- rum commettium ob suspicionis causam vetitum edicto publico est, nē inde egrediatur, prohibeat Vicarius foraneus, sicut ceteris eorum locorum incolis prohibitum est: ita tamen vt certis ijs regulis, & facul- tatis, quæ Ecclesiasticis hominibus peste suspectis, suprà constitutæ sunt, vtatur, & fruatur, p̄sertim, qui animatum curam quovis modo, aut nomine gerit.

9. Hæc omnis cautio tūm in Sacerdote ministrante, tūm in eo, qui ministravit, tūm etiam in Ecclesiastico homine peste suspecto, quicū- que sit, vt diligentissimè adhibeat, atque seruetur, Parochi, vt suprà, cura erit. Quæ sanè cura omnis, cautioque in vrbe ad p̄fectum re- gionarium, & in Diœcesi ad vicarium foraneum maximè pertinebit.

### Cautio in Monasterijs, & Collegijs pijs adhiben- da. Cap. XVIII.

S V M M A R I V M .

1 Cautio in Monasterijs, & locis pijs quæ adhibenda.

2 Diuina officia, non omissenda.

3 Missa celebratio non omissenda.

*Eleemosyna*